

SACRORUM
CONCILIORUM

NOVA ET AMPLISSIMA COLLECTIO

CUJUS

JOANNES DOMINICUS MANSI

ET POST IPSIUS MORTEM FLORENTINUS ET VENETIANUS EDITORES

AB ANNO 1758 AD ANNUM 1798. PRIORES TRIGINTA UNUM TOMOS EDIDERUNT
NUNC AUTEM CONTINUATA ET, DEO FAVENTE, ABSOLUTA.

TOMUS TRIGESIMUS SECUNDUS.

Ab anno MCDXXXVIII. ad annum MDIL.



PARISIIS
MDCCCCII

EXPENSIS HUBERTI WELTER, BIBLIOPOLÆ.

ANNO CHRISTI 1512 nostra prefectum, & Bartholomaeum Salicetum, episcopum concilii secretarios: nec non dilectos filios Jacobum Simonetam caesarum sacri palatii auditorem, Hieronymum de Genuis apostolicae camerae auditorem, Alvarotum de Alvarottis literarum apostolicarum abbreviatorem ex majori parco, Manilius Rabbum acolytum capelle nostrae, scrutatores votorum. Quorum duo ex una, alli vero ex altera prefati concilii parte vota scrutentur, & cum ipsis duo ex eisdem notariis, & duo ex scribis supradictis in votorum scrutatione semper debent interesse. Dilectos filios Paulum Plancam, Justinum de Carosis fiscalem, Angelum de Cesis, Joannem Baptistam de Senis, Melchiorem de Bardasinis, advocatos; Marianum de Cuccinis fiscalem, Thomam Regis & Bernardum Mocharum procuratores. Locorum autem assignatores, Paridem de Grassis, & Baltassarem Nicolai Viterbiensem, magistros ceremoniarum voluntus loca assignare debentibus in concilio sedere. Si qua vero legenda occurserint sessione sequenti, venerabilem fratrem archiepiscopum Spalatensem ei muneri deputamus.

Loca itaque schedula hujusmodi, idem reverendissimus dominus Alexander petuit ab omnibus, si placebant eis contenta in schedula: & omnes annuerunt, quod sic, nemine discrepante. Deinde infra scripti officiales in supradicta schedula contenti, ad pedes prefati sanctissimi domini nostri, tactis sacrosanctis scripturis, prestiterunt corporale iuramentum, & quilibet eorum praetulit, de fideliter exercendo officia eis commissa: videlicet, reverendus pater dominus Alphonsus de Lerma, & Paulus de Cesis, protonotarii apostolici de numero: dominus Alvarottus de Alvarottis, literarum apostolicarum de majori parco abbreviator: excellentes juris utriusque doctores, domini Paulus de Planca, Justinus de Carosis, Angelus de Cesis, Joannes Baptista de Senis, & Melchior de Bardasinis, advocati; dominus Bernardus Mocharus & Thomas Regis, procuratores: domini Bernardus Sculteti, & Bernardinus de Conteras, scribes: excellens juris utriusque doctor dominus Paulus de Capozuchiis, & nobiles domini Jacobus de Fragapanibus, & Petrus Pauli de Vechis, Urbis alme conservatores: & dominus Fabricius de Careto, Sixtus de Ruvere, Petrus Grimanus, priores & milites ordinis sancti Joannis Hierosolymitani. Et deinde idem sanctissimus dominus noster Julius commisit reverendissimo domino Raphaeli episcopo Ostiensi, cardinali sancti Georgii, sancte Romanae ecclesie camerario, ut recipere & jurare faceret officiales absentes in predicta schedula contentos, presentibus magistris ceremoniarum, &c. Et haec fuerunt pro prima sessione.

Insuper idem reverendissimus dominus Alexander cardinalis, de mandato prefati domini statuit & pronunciavit secundam sessionem fieri debere die Lunae sequentis hebdomads, quæ erit decimaseptima hujus mensis, in qua tractabitur de annulatione gestorum in conventu satane & conciliabulo Mediolanensi, seu Pisano, super quo cogitare deberent. Super quibus omnibus & singulis magister Thomas Regis procurator fieri petuit per pro-

Concil. General. Tom. XXXII.

tonotarios & notarios ad hoc deputatos publicum & publica, instrumentum & instrumenta.

Tenor vero sermonis & orationis habita per reverendum patrem dominum archiepiscopum Spalatensem, presente sanctissimo domino nostro & reliquis patribus concilii in habitu consueto pralatorum, videlicet, cum pluviali scutico & mitra, ascenso ambone consueto, sequitur, & est talis.

Thomas Niger canonicus, archipresbyter & vicarius Spalatensis, doctissime & ingerrimo M. Marullo nobili Spalatensi, salutem.

Cum urbem Romam sanctorumque reliquias ex voto invisere statuisset, eo tunc temporis evocatum ad concilium Lateranense Bernardum Zane archipresulem nostrum Spalatensem operis precium visum est comitari. Quo cum longo postliminio tandem pervenisset, peragatis omnibus pene laudorum facillis, eorumque sacris reliquiis ex Christianorum instituto adoratis, contigit interfusisse orationi ab eodem archipresule nostro luculentissime perorata coram maximo pontifice Julio II. certisque patribus ex industria in Lateranensis ecclesie synodo, ad id in prima sessione congregatis. Quam quidem orationem, M. Marule, amicorum doctorumque virorum rarisime, ad te principue mittere visum est, ut, cui tu, in illo tuo preclaro opere de imitatione Christi, eruditio atque ingenii laudem tribuisti singularem, dignumque censuisti, cui ipsum opus principue dedicares, ejus nunc non minus commendas erga tempublicam Christianam studio atque curam, cum perspereris, qualibus ipse argumentis, quanta animi verborumque concitatione totus in eo sit, ut bella inter Christianos principes exorta sedentur, ut unusquisque suis limitibus contingatur, ut heresies lohilimataque extirpentur, ut pax redatur ecclesie, ut tandem adversus communes fidelium persecutores Turcas communia Christianorum arma sumantur. Talia tu cum legeris, putabis illum non in auditorio ac frequenti coalescio celeberrimorum virorum verba facere, sed in acie totum versari, arma tractare, buccina militari concrepare: tam acer est in dicendo, tam vehemens in exhortando, tam efficax in suadendo: sed omessa actione, pronunciationem vehementiamque verborum Demosthenis Æschinisque, sua verba trutinantium, crederes. Quod nequaquam audierem adstruere, nisi & orationi prius perorata, quam pene demandata, ipse interfussem, & ab omnibus fere qui interfuerent, commendatissimam cognovissem. Nam & tunc totius pene sacratissimi theatri applausu est excepta, & postea omnium qui eam legerunt, seu audierunt, rotundo ore celebrata, ac doctissimi cuiusque sententia commendata. Magisque ejus eloquii venustatem vehementiamque admirantur, qui philosophie insuper & theologiae peritissimum eum esse non ignorant. Rarum enim est, ut quis ad tam ingenuas, tantaque difficultatis artes etiam rhetoricas examplissim adjecerit. Illud etiam non in ultimis archipresulis nostri laudibus computandum censeo, ut qui in ecclesia sua metropolitana, in predicatione annuntiationeque divisi verbi per totam pene quadrag-

E simam

Gg

ANNO R. **sumam indecessu gradu , ac veinti quod con-**
tinuato virtutem parere , a nullius ordinis re-
ligionisque professore se passus est superari , in
orando etiam eidem professoribus preferri me-
rito & debuit & meritis , cum prelatorum ,
non monachorum , id pricipue la stumeris :
sed quibus mores quoque hominis . sicut no-
bis , liquido innotescunt , nihil in eo delude-
rari aiunt , vel quod ad eruditionem , vel
quod ad vitam pertineat . Idem te de ipso jam-
pridem sentire non dubito . Eo etiam magis
in eo tantas fortuas dotes mirandas censeo ,
quod & nobilitate pricipua splendescens , &
opibus non immodicis pollens , in gremio lu-
xuriantis fortunae molliter educatus , literas non
est aspernatus , nec eruditos eruditorumque A
consuetudinem fastidenter illusit . Nam bona
mens bonaque fortuna rarerer copulantur .
Quotus enim quisque ex globo nobilium elo-
quentiae studet ? quotusquisque aut eruditus
est , aut eruditionis assertor ? E contrario
compluseculos videoas (de nobilibus opulentiori-
busque loquor) qui ubi occiperint adolescenti-
tur , se totos dedant dedicentque belluiniis
voluptatibus , quibus literatorum gymnasium
caser est , doctrina supplicium ; qui sperto-
res sunt studiorum , olores studiosorum . At
archipreter noster in amplissimis , uti predixi ,
fortunarum bonis constitutas pricipuo Veneti
senatus genere prefulgens , nemmata suorum
tum summorum pontificum , cum cardinalium
patriarcharumque affationem numerans , a tene-
ris , ut Greci aiunt , unguiculis ad hanc ul-
que etatem , literarum studia scienter ample-
xus est , datque jugiter operam , ut natalium
suorum splendor eruditione magis illustretur ,
quam genero . Verumtamen , ut revertamur ,
unde digressi sumus , cum orationem quam
mittimus , mi Marce , perlegeris , quod in-
tra te fortasse tacitus fons , etiam verbis scri-
psisque in publicum locarum dabis ; delecte-
bitque te ab eo plurimum amari , quem plu-
rimum laudas : imo qui jam multorum ore
celebratur ubique & extollitur , adeo ut nemo
sit , qui dubitet , ex oratione suaque suo
postularem maximus Jolium , complicitis ec-
clesias rebus , & his que per tyrannos erant
occupata , reparatis , continuo expeditionem
indicturum in Turcas , omnesque Christiano-
rum principes , qui ad hanc usque diem dormi-
taverunt , simul & dormierunt , veluti ex somno
Endymionis excitatum , convocatumque
ad eam perficienda , ut qui Christiano
nominis tam infensi infestique sint , ipsius Christi
vicarii invictissimi auspiciis profligentur .
Etenim si demo priorum pontificum seque ac
ille magnas res aut aggressus sit , aut felicissi-
me gesserit , cur non speramus , ipso doce , &
hoc futurum ? Oremus igitur , ut qui pontifi-
ci maximo Julio secundo tante gerenda rei
contulit voluntatem , non deneget facultatem .
Ceterum felix Spalatina civitas patria no-
stra , cui Bernardus Zane contigit archipre-
ter , qualiter & habens iucundissimum est ,
& habuisse gloriosum . Vale . Ex Urbe qua-
to Idus Maias , millesimo quingentesimo duo-
decimo .

Bernardi Zane Veneti patricii , arriani doboris &
 sacra theologie magistri , archipreteris Spala-
 tensis , oratio habita in prima sessione concilii
 Lateranensis , presente Iulio secundo pontifice
 optimo maximo .

ANNO
CHRISTI
 1312.

Solent hi qui coram singulis principibus ,
 privatisque consellibus orationem habent , be-
 atissime ac sacratissime pontifex maxime Juli ,
 loci , temporis ac personarum rationem , vene-
 randumque conspectum in sui excusationem ad-
 ducent , si minus concinne , minusve elegan-
 ter verba facerent , seu in media oratione de-
 ficerent . Ego vero , qui coram te , hoc est ,
 coram tocius orbis principe & vero Christi vi-
 cario , in excusatione humani generis fastigio
 posito , coram tot sapientissimis pontificibus ,
 tot doctissimis prelatis & magistris , tot tan-
 tisque principibus , ac ut unico verbo verum
 fatear , coram toto terrarum orbe sum verba
 facturus , non dicam , ut fieri solet , quo me
 vertam ; sed quo animo , quibus viribus , quo
 dicendi genere , qua deum memoria tantum
 onoris sustinere , ad finemque perducere valeam ,
 nescio . Ad loci , temporis & personarum ratio-
 nem , gravitatem , rarissimum angustissimumque
 conspectum , accedit rei de qua dicturus sum ,
 magnitudo , amplitudo & dignitas maxima .
 Non enim unum dicendi genus sele mihi of-
 fert , sed omnia simul : non de unius personae
 dignitate vel statu , non de unius provinciae
 conservatione , non de terrarum orbe tantum ,
 sed de divinis humanisque rebus , de rerum om-
 nium principi & moderatore Deo optimo ma-
 ximo , de ejus vicario summo sanctissimoque
 pontifice , de utraque ecclesia militante & trium-
 phante , de ejus firmissimis cardinibus , de
 principibus , de celo ac terra denique sum ver-
 ba facturus . Quae omnia sicuti ardua sunt , im-
 possibilisque videntur uni quamvis consumma-
 tissimo ad promoviandum se perorandum , ita
 sine recreat & reficit somna benignitas sancti-
 tatis tue , sacratissime pontifex , qui utpote
 humanissimas munificentissimisque , non tam
 oblatum officium , quam animum quo offer-
 tur , inspicis & perpendis . Suscepi igitur a san-
 ctitate tua demandatus munus ea mente , eo
 animo , ut si ad optatum finem perducere non
 talvero , intueatur saltem tua beatitudo animi
 mei promptitudinem , desiderium , volunta-
 tem . Ignoscant proterea omnes hi sapientissi-
 mi patres , si ego praeter ceteris ad munus hoc dif-
 ficilissimum subeundum ab eadem tua beatitudi-
 ne selectus fuerim , quandoquidem id non in-
 consueto evenit . Sanctitas enim tua non tam
 viri doctrinam & eruditioem , qua hi omnes
 facile praestant , quam summa dignitate , utpo-
 te metropolitica , summorumque pontificum af-
 finitate insignitum , & tue laetitiae ab ineun-
 te pueritia summo studio , observantia &
 devotione obnoxium praelegit . Verum quia in-
 stabile , insolidum & caducum est fundamen-
 tum , quod supra firmam petram jactum non
 fuerit , ideo a divinis auspicabimur , nec dimittendo Patrem Filiumque divinum , Spiritum
 sanctum , amborum nexum , submissa ac rever-
 enda voce invocabimus : Veni creator Spiritus ,
 mentes tuorum visita , imple sapientia Patris de
 Filii gratia , que tu creasti pectora . Amen . Sa-
 lomonis verba initiam orationis meae aptum
 idoneumque mihi propono , beatissime ac sacra-
 tissime pontifex maximo , dicentis : Ad hoc facta .
 7. 7. 6.
 eff